

VERS. 7. — ET PONAM FACIEM MEAM IN EOS. Suscipiam contra eos inimicitias, torvo vultu intuebor eos, inimicè tractabo eos, ut supra cap. 13, 17, et 14, 8. **DE IGNE EGREDIENTUR, ET IGNIS CONSUMET EOS.** Oratio absoluta pro conditionali, id est, si ex igne egressi fuerint, iterum in ignem conjiciam eos, ut omnino consumantur : quemadmodum sarmentorum extremi-

CAPUT XVI.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :
2. Fili hominis, notas fac Jerusalem abominationes suas.
3. Et dices : Hæc dicit Dominus Deus Jerusalem : Radix tua et generatio tua de terrâ Chanaan : pater tuus Amorrhæus, et mater tua Coethæa.
4. Et quando nata es, in die oritûs tui, non est precibus umbilicus tuus : et aqua non es lota in salu-tem nec sale salita, nec involuta pannis.
5. Non peperit super te oculus ut faceret tibi unum de his, misertus tui, sed projecta es super faciem terræ in abjectione animæ tuæ, in die quâ nata es.
6. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, et dixi tibi, cum esses in sanguine tuo : Vive ! dixi, inquam, tibi : In sanguine tuo vive.
7. Multiplicatam quasi germen agri dedi te, et multiplicata es, et grandis effecta, et ingressa es, et pervenisti ad mundum mulierum : ubera tua intumuerunt, et pilus tuus germinavit : et eras nuda, et confusione plena.
8. Et transivi per te, et vidi te : et ecce tempus tuum, tempus amantium : et expandi amictum meum super te, et operui ignominiam tuam : et juravi tibi, et ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, et facta es mihi.
9. Et lavi te aquâ, et emundavi sanguinem tuum ex te : et unxi te oleo.
10. Et vestivi te discoloribus, et caleceavi te ianthina : et cixi te bysso, et indui te subtilibus.
11. Et ornavi te ornamento, et dedi armillas in manibus tuis, et torquem circa collum tuum.
12. Et dedi in aurem super os tuum, et circulos auribus tuis, et coronam decoris in capite tuo.
13. Et ornata es auro et argento, et vestita es bysso et polymito, et multicoloribus : similia, et mel, et oleum comediti, et decora facta es vehementer nimis : et profecti in regnum.
14. Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam : quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus.
15. Et habens fiduciam in pulchritudine tuâ, fornicata es in nomine tuo : et expositisti fornicationem tuam omni transeunti, ut ejus fieres.
16. Et sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuata : et fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est.
17. Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi, et fecisti tibi imagines masculinas, et fornicata es in eis.
18. Et suspensisti vestimenta tua multicoloria, et

tates, quæ mediâ parte igni consumptâ manere solent, iterum in ignem conjicimus, donec omnino consumantur. Alludit enim ad superiorem metaphoram sarmentorum. Ignem autem vocat afflictiones, ut Psalmi. 65, 12 : *Transivimus per ignem, et aquam, et eduxisti nos in refrigerium.*

CHAPITRE XVI.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :
2. Fils de l'homme, faites connaître à Jérusalem ses abominations ;
3. Et vous lui direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu à Jérusalem : Votre race et votre origine vient de la terre de Chanaan ; votre père était Amorrhéen, et votre mère Céthéenne.
4. Lorsque vous êtes venue au monde, au jour de votre naissance, on ne vous a point coupé le nombril ; vous ne fûtes point lavée dans l'eau qui vous aurait été alors si salutaire, ni purifiée avec le sel, ni enveloppée de langes.
5. On vous a regardée d'un œil sans pitié, et on n'a point eu compassion de vous, pour vous rendre quelque une de ces assistances ; mais on vous a jetée sur la terre nue au jour de votre naissance, comme une personne pour qui l'on n'avait que du mépris.
6. Alors passant auprès de vous, je vous vis foulée aux pieds, dans votre sang ; et je vous dis, lorsque vous étiez couverte de votre sang : Vivez ; quoique vous soyez, vous dis-je, couverte de votre sang, vivez.
7. Depuis ce temps, je vous ai fait croître comme l'herbe qui est dans les champs ; vous avez crû, vous êtes devenue grande, vous vous êtes avancée en âge, vous êtes venue au temps où les filles pensent à se parer ; votre sein s'est formé, vous avez été des signes de puberté, et vous étiez alors toute nue et pleine de confusion.
8. Mais j'ai passé auprès de vous, et je vous ai considérée ; j'ai vu que le temps où vous étiez était le temps d'être aimée ; j'ai étendu sur vous mon vêtement, et j'ai couvert votre ignominie ; je vous ai donné ma foi ; j'ai fait alliance avec vous, dit le Seigneur Dieu ; et vous êtes devenue comme une personne qui était à moi.
9. Je vous ai lavée dans l'eau ; je vous ai purifiée de ce qui pouvait vous souiller ; et j'ai répandu sur vous une huile de parfums.
10. Je vous ai donné des robes en broderie, et une chaussure magnifique ; je vous ai ornée du lin le plus beau ; et je vous ai revêtue des habillemens les plus fins et les plus riches.
11. Je vous ai parée des ornemens les plus précieux ; je vous ai mis des bracelets aux mains, et un collier autour de votre cou.
12. Je vous ai donné un ornement d'or, pour vous mettre sur le front, et des pendants d'oreilles, et une couronne éclatante sur votre tête.
13. Vous avez été parée d'or et d'argent, et revêtu de fin lin et de robes en broderies de diverses couleurs ; vous vous êtes nourrie de la plus pure farine, de miel et d'huile ; vous avez acquies une parfaite beauté, et vous êtes parvenue jusqu'à être reine ;
14. Et votre nom est devenu célèbre parmi les peuples, à cause de l'éclat de votre visage, et parce que vous étiez devenue parfaitement belle, par la beauté que j'avais moi-même mise en vous, dit le Seigneur Dieu.
15. Et après cela, vous avez mis votre confiance en votre beauté ; vous vous êtes abandonnée à la fornication dans votre gloire ; et vous vous êtes prostituée à tous les passans, pour être asservie à leur passion.
16. Et vous avez pris de vos riches vêtements, et les avez cousus l'un à l'autre pour en faire des ornemens de vos hauts lieux, où vous vous êtes plongée dans la

17. Vous avez pris ce qui servait à vous parer, qui était fait de mon or et de mon argent, et que je vous avais donné, et vous en avez formé des images d'hommes, auxquelles vous vous êtes prostituée.
 18. Vous avez pris vos vêtements brodés de diverses couleurs, et vous en avez couvert vos idoles ; et vous avez mis mon huile et mes parfums devant elles.
 19. Vous leur avez présenté comme un sacrifice d'agréable odeur le pain que je vous avais donné, et la plus pure farine, l'huile et le miel dont je vous avais nourrie ; voilà ce que vous avez fait, dit le Seigneur Dieu.
 20. Vous avez pris vos fils et vos filles que vous m'aviez enfantés, et vous les avez sacrifiés à ces idoles, en les faisant dévorer au feu. Ne comprenez-vous pas combien est grand ce crime par lequel vous vous êtes ainsi prostituée ?
 21. Vous avez immolé mes enfans ; et en les consacrant à vos idoles, vous les leur avez abandonnés.
 22. Et après toutes ces abominations et ces prostitutions, vous ne vous êtes point souvenue des jours de votre jeunesse, lorsque vous étiez toute nue, pleine de confusion, et foulée aux pieds dans votre sang.
 23. Et après toutes ces méchancetés (malheur, malheur à vous, dit le Seigneur Dieu !),
 24. Vous avez bâti pour vous un lieu infame ; et vous vous êtes préparé dans toutes les places publiques une maison d'impudicité.
 25. Vous avez dressé à l'entrée de toutes les rues la marque de votre prostitution ; vous avez rendu votre beauté abominable ; vous vous êtes abandonnée à tous les passans ; et vous avez multiplié les crimes de votre honteuse fornication ;
 26. Vous vous êtes prostituée aux enfans de l'Égypte qui sont vos voisins, qui ont de grands corps ; vous avez commis infamie sur infamie, pour irriter ma colère.
 27. Mais je vais étendre ma main sur vous ; je vous ôterai votre justification ; et je vous livrerai à la passion des filles de la Palestine, qui vous haïssent, qui rougissent elles-mêmes de l'impudicité criminelle de votre conduite.
 28. Car n'étant pas encore satisfaite, vous vous êtes prostituée aux enfans des Assyriens ; et après cette prostitution, vous n'avez pas encore été contente.
 29. Vous avez poussé plus loin votre fornication ; et vous avez commis crimes sur crimes dans la terre de Chanaan avec les Chaldéens ; et après cela même, vous n'avez pas été satisfaite.
 30. Comment purifierai-je maintenant votre cœur, dit le Seigneur Dieu, puisque toutes ces actions que vous faites, sont les actions d'une femme prostituée, et qui a essuyé toute honte ?
 31. Car vous vous êtes bâti un lieu infame à l'entrée de toutes les rues, et vous vous êtes fait une retraite d'impudicité dans toutes les places publiques ; vous n'avez pas été comme une courtisane qui dédaigne ce qu'on lui offre, pour se mettre à plus haut prix ;
 32. Mais comme une femme adultère, qui ajoute des étrangers à son mari.
 33. On donne une récompense à toutes les femmes prostituées ; mais vous avez payé vous-même tous ceux qui vous aiment, et vous leur faisiez des présents, afin qu'ils vissent de tous côtés pour commettre avec vous une infamie détestable.
 34. Ainsi il vous est arrivé dans votre prostitution tout le contraire de ce qui arrive aux femmes prostituées ; et il n'y aura point de fornication semblable à la vôtre ; car ayant payé vous-même le prix de vos crimes, au lieu de le recevoir, vous avez fait tout le contraire de ce que les autres font.
 35. C'est pourquoi écoutez la parole du Seigneur, femme prostituée.
19. Et panem meum quem dedi tibi, similia, et oleum, et mel, quibus enutrivit te, posuisti in conspectu eorum in odorem suavitatis : et factum est, ait Dominus Deus.
 20. Et vidisti filios tuos et filias tuas, quas generasti mihi : et immolasti eis ad devorandum. Numquid parva est fornicatio tua ?
 21. Immolasti filios meos, et dedisti, illos consecrans, eis.
 22. Et post omnes abominationes tuas, et fornicationes, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, et confusione plena, conculcata in sanguine tuo.
 23. Et accidit post omnem malitiam tuam (væ, væ tibi, ait Dominus Deus),
 24. Et ædificasti tibi lupanar, et fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.
 25. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ : et abominabilem fecisti decorem tuum : et dividisti pedes tuos omni transeunti, et multiplicasti fornicationes tuas.
 26. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis : margarum carnium : et multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me.
 27. Ecce ego extendam manum meam super te, et auferam justificationem tuam : et dabo te in animas odientium te. filiarum Palestinarum, quæ erubescunt in viâ tuâ sceleratâ.
 28. Et fornicata es in filiis Assyriorum, eò quòd necdum fueris expleta : et postquam fornicata es, nec sic es satiata.
 29. Et multiplicasti fornicationem tuam in terrâ Chanaan cum Chaldeis : et nec sic satiata es.
 30. In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus, cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis et prociacis ?
 31. Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnium viarum, et excelsum tuum fecisti in omni plateâ : nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium,
 32. Sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos.
 33. Omnibus meretricibus dantur mercedes : tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, et dona donabas eis, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum.
 34. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, et post te non erit fornicatio : in eo enim quòd dedisti mercedes, et mercedes non accepisti, factum est in te contrarium.
 35. Propterea, meretrix, audi verbum Domini.

fornication d'une manière qu'on n'a jamais vue et qu'on ne verra jamais.

17. Vous avez pris ce qui servait à vous parer, qui était fait de mon or et de mon argent, et que je vous avais donné, et vous en avez formé des images d'hommes, auxquelles vous vous êtes prostituée.
18. Vous avez pris vos vêtements brodés de diverses couleurs, et vous en avez couvert vos idoles ; et vous avez mis mon huile et mes parfums devant elles.
19. Vous leur avez présenté comme un sacrifice d'agréable odeur le pain que je vous avais donné, et la plus pure farine, l'huile et le miel dont je vous avais nourrie ; voilà ce que vous avez fait, dit le Seigneur Dieu.
20. Vous avez pris vos fils et vos filles que vous m'aviez enfantés, et vous les avez sacrifiés à ces idoles, en les faisant dévorer au feu. Ne comprenez-vous pas combien est grand ce crime par lequel vous vous êtes ainsi prostituée ?
21. Vous avez immolé mes enfans ; et en les consacrant à vos idoles, vous les leur avez abandonnés.
22. Et après toutes ces abominations et ces prostitutions, vous ne vous êtes point souvenue des jours de votre jeunesse, lorsque vous étiez toute nue, pleine de confusion, et foulée aux pieds dans votre sang.
23. Et après toutes ces méchancetés (malheur, malheur à vous, dit le Seigneur Dieu !),
24. Vous avez bâti pour vous un lieu infame ; et vous vous êtes préparé dans toutes les places publiques une maison d'impudicité.
25. Vous avez dressé à l'entrée de toutes les rues la marque de votre prostitution ; vous avez rendu votre beauté abominable ; vous vous êtes abandonnée à tous les passans ; et vous avez multiplié les crimes de votre honteuse fornication ;
26. Vous vous êtes prostituée aux enfans de l'Égypte qui sont vos voisins, qui ont de grands corps ; vous avez commis infamie sur infamie, pour irriter ma colère.
27. Mais je vais étendre ma main sur vous ; je vous ôterai votre justification ; et je vous livrerai à la passion des filles de la Palestine, qui vous haïssent, qui rougissent elles-mêmes de l'impudicité criminelle de votre conduite.
28. Car n'étant pas encore satisfaite, vous vous êtes prostituée aux enfans des Assyriens ; et après cette prostitution, vous n'avez pas encore été contente.
29. Vous avez poussé plus loin votre fornication ; et vous avez commis crimes sur crimes dans la terre de Chanaan avec les Chaldéens ; et après cela même, vous n'avez pas été satisfaite.
30. Comment purifierai-je maintenant votre cœur, dit le Seigneur Dieu, puisque toutes ces actions que vous faites, sont les actions d'une femme prostituée, et qui a essuyé toute honte ?
31. Car vous vous êtes bâti un lieu infame à l'entrée de toutes les rues, et vous vous êtes fait une retraite d'impudicité dans toutes les places publiques ; vous n'avez pas été comme une courtisane qui dédaigne ce qu'on lui offre, pour se mettre à plus haut prix ;
32. Mais comme une femme adultère, qui ajoute des étrangers à son mari.
33. On donne une récompense à toutes les femmes prostituées ; mais vous avez payé vous-même tous ceux qui vous aiment, et vous leur faisiez des présents, afin qu'ils vissent de tous côtés pour commettre avec vous une infamie détestable.
34. Ainsi il vous est arrivé dans votre prostitution tout le contraire de ce qui arrive aux femmes prostituées ; et il n'y aura point de fornication semblable à la vôtre ; car ayant payé vous-même le prix de vos crimes, au lieu de le recevoir, vous avez fait tout le contraire de ce que les autres font.
35. C'est pourquoi écoutez la parole du Seigneur, femme prostituée.

56. Hæc dicit Dominus Deus : Quia effusus est sanguis tuus, et revelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, et super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis :

57. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es : et omnes quos dilexisti, cum universis quos oderas : et congregabo eos super te undique, et nudabo ignominiam tuam coram eis, et videbunt omnem turpitudinem tuam.

58. Et iudicabo te iudiciis adulterarum, et effundentium sanguinem : et dabo te in sanguinem furoris et zeli.

59. Et dabo te in manus eorum, et destruent lapinam tuam et demolientur prostibulum tuum : et deindubunt te vestimentis tuis, et auferent vasa decoris tui : et derelinquent te nudam, plenamque ignominiam :

40. Et adducet super te multitudinem, et lapidabunt te lapidibus, et trucidabunt te gladiis suis.

41. Et comburent domos tuas igni, et facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum : et desines fornicari, et mercedis ultra non dabis.

42. Et requiescet indignatio mea in te : et auferetur zelus meus à te, et quiescam, nec irascar amplius.

43. Eò quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, et provocasti me in omnibus his : quapropter et ego visus tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, et non feci juxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.

44. Ecce omnis qui dicit vulgò proverbium, in te assumet illud, dicens : Sicut mater, ita et filia ejus.

45. Filia matris tuæ es tu, que projecit virum suum et filios suos : et soror sororum tuarum es tu, que projecerunt viros suos et filios suos : mater vestra Cethæa, et pater vester Amorrhæus.

46. Et soror tua major, Samaria, ipsa et filia ejus, que habitant ad sinistram tuam : soror autem tua minor te, que habitat à dextris tuis, Sodoma et filia ejus.

47. Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti paucillum minus : penè sceleratiora fecisti illis in omnibus visis tuis.

48. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non feci Sodoma soror tua, ipsa, et filia ejus, sicut fecisti tu, et filia tuæ.

49. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius, et filiarum ejus : et manum egeno et pauperi non porrigebat.

50. Et elevata sunt, et fecerunt abominationes coram me : et abstulisti eas sicut vidisti.

51. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit : sed vicisti eas sceleribus tuis, et justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.

52. Ergo et tu porta confusionem tuam, que vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis : justificatæ sunt enim à te : ergo et tu confundere.

56. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous avez dissipé tout votre argent, et que vous avez découvert votre ignominie dans vos fornications, aurant ainsi ceux que vous aimez, et dans les abominations de vos idoles, en leur donnant le sang de vos enfants que vous leur avez sacrifiés ;

57. Je vais assembler contre vous ceux qui vous aimaient, auxquels vous vous êtes prostituée, tous ceux pour qui vous avez brûlé de passion, avec tous ceux que vous laissez ; je les assemblerai de toutes parts ; je leur découvrirai votre honte, et toute votre infamie paraîtra devant eux.

58. Je vous jugerai comme on juge les femmes adultères, et celles qui ont répandu le sang ; et je ferai répandre le vôtre dans un transport de fureur et de jalousie.

59. Je vous livrerai entre les mains de vos ennemis ; ils détruiront votre infame refuge, et ils renverseront votre retraite d'impudicité ; ils vous arracheront vos vêtements ; ils vous emporteront ce qui servait à vous parer ; et ils vous laisseront toute nue, pleins de honte et d'ignominie.

40. Ils amèneront contre vous une multitude de peuples ; ils vous assommeront à coups de pierres ; ils vous perceront de leurs épées ;

41. Ils mettront le feu dans vos maisons, et les brûleront ; ils exerceront contre vous des jugements sévères aux yeux d'un grand nombre de femmes ; et vous cesserez de vous prostituer, et vous ne donnerez plus de salaire.

42. Et je ferai cesser mon indignation à votre égard ; ma jalousie se retirera de vous ; je me tiendrai en paix, et je ne me mettrai plus en colère ;

43. Parce que vous ne vous êtes point souvenue des jours de votre jeunesse, et que vous m'avez irrité par tous ces excès. C'est pourquoi j'ai fait retomber sur votre tête les désordres de votre vie, dit le Seigneur Dieu ; et je ne vous ai pas encore traitée selon vos crimes dans toutes les abominations que vous avez faites.

44. On dit d'ordinaire : Telle mère, telle fille ; mais ceux qui se servent de ce proverbe le diront de vous.

45. Vous êtes vraiment la fille de votre mère, qui a abandonné son époux et ses enfants ; et vous êtes la sœur de vos sœurs, qui ont abandonné leurs époux et leurs enfants ; votre mère est Céthéenne, et votre père est Amorrhéen.

46. Votre sœur aînée est Samarie, avec ses filles, qui habitent à votre main gauche ; votre sœur puînée, qui habite à votre main droite, est Sodome avec ses filles.

47. Et vous n'avez pas seulement marché dans leur voie et commis les mêmes excès qu'elles ont commis ; mais vous les avez presque surpassées dans tous les crimes de votre vie.

48. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que ce que a fait Sodome votre sœur et ses filles, n'est pas si criminel que ce que vous et vos filles avez fait.

49. Voici quelle a été l'iniquité de Sodome votre sœur : l'orgueil, l'exès des viandes, l'abondance de toutes choses, et l'oisiveté où elle était, elle et ses filles ; elles ne tendaient point la main au pauvre et à l'indigent.

50. Et elles se sont élevées d'orgueil, et elles ont commis des abominations devant moi ; c'est pourquoi je les ai détruites, comme vous avez vu.

51. Samarie aussi n'a pas fait la moitié des crimes que vous avez commis ; mais vous avez surpassé l'une et l'autre par vos excès, et vous avez justifié vos sœurs par toutes les abominations que vous avez faites.

52. Portez donc vous-même votre confusion, vous qui avez surpassé vos sœurs par vos péchés, vous rendant encore plus criminelle qu'elles, qui sont justes

et porta ignominiam tuam, que justificasti sorores tuas.

55. Et convertam residuos eas conversione Sodomorum cum filiabus suis, et conversione Samariæ, et filiarum ejus : et convertam reversionem tuam in medio earum :

54. Ut portes ignominiam tuam, et confundaris in omnibus que fecisti consolans eas.

55. Et soror tua Sodoma, et filia ejus revertentur ad antiquitatem suam : et Samaria, et filia ejus revertentur ad antiquitatem suam : et tu, et filia tuæ, revertemini ad antiquitatem vestram.

56. Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ,

57. Antequam revelaretur malitia tua : sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, et cunctarum in circuitu tuo filiarum Palestinarum que ambiunt te per gymrum.

58. Scelus tuum et ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus.

59. Quia hæc dicit Dominus Deus : Et faciam tibi, sicut despexisti juramentum, ut irritum faceres pactum :

60. Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ : et suscitabo tibi pactum sempiternum.

61. Et recordaberis viarum tuarum, et confundaris, cum reeeperis sorores tuas le majores cum minoribus tuis : et dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo :

62. Et suscitabo ego pactum meum tecum, et scies quia ego Dominus :

63. Ut recorderis, et confundaris, et non sit tibi ultra aperire os præ confusione tuâ, cum placatus tibi fuero in omnibus que fecisti, ait Dominus Deus.

COMMENTARIUM

VERS. 2. — NOTAS FAC JERUSALEM : per litteras, ut ait R. David. Nam propheta in Babylone erat. Idem jussit Isaiam Deus facere, c. 58, 1 : Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum.

VERS. 5. — RADIX TUA, *mecorothaic*, quod Chaldaeus paraphrastes, et omnes Hebraei interpretantur, *habitationes tuæ* ; putant enim *mecorothaic* pro *megurothaic* dictum esse, quod habitationes significat, mutato *u* in *o*, ut notat R. David, sensumque esse : *mores tui ejusmodi sunt, ut inter Chananaeos semper habitasse videatur*. Multò melius noster interpres, et Septuag. mihi videntur radicem vertisse. Significat enim *mecurah*, excisionem, pontiturque pro primâ radice atque origine, unde Judæi excisi, id est, progeniti sunt, et quam nunc vocat radicem, statim generationem appellat. Porrò sunt qui putent hoc ad Judæorum genus et originem referendum, quòd ex Abrahamo prognati essent, qui in Chananaeorum terrâ habitaverit, in eaque natus fuerit Isaac. Melius qui

en comparaison de vous ; soyez confondue, et portez votre ignominie, vous qui avez justifié vos sœurs.

55. Je les rétablirai toutes deux, en faisant revenir les captifs de Sodome et de ses filles ; et je vous rétablirai, et je vous convertirai au milieu d'elles,

54. Afin que vous portiez votre ignominie, et que vous soyez chargée de confusion de tout ce que vous avez fait pour les consoler.

55. Votre sœur Sodome et ses filles retourneront à leur ancien état ; Samarie et ses filles retourneront aussi à leur ancien état ; et vous et vos filles vous retourneriez de même dans votre premier état.

56. Vous ne vous êtes point souvenue de la ruine de votre sœur Sodome, au temps de votre gloire ;

57. Avant que votre méchanceté eût été découverte, comme elle l'a été dans ce temps, où vous êtes devenue un objet d'insulte aux filles de Syrie, et à toutes les filles de la Palestine qui vous environnent de toutes parts.

58. Vous avez porté le poids de vos crimes, et de votre propre ignominie, dit le Seigneur Dieu.

59. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vous traiterai comme vous le méritez, ayant méprisé les promesses que je vous avais jurées, pour violer l'alliance que j'avais faite avec vous ;

60. Et après cela je me souviendrai de l'alliance que j'avais faite avec vous au jour de votre jeunesse, et je contracterai avec vous une alliance qui durera éternellement.

61. Vous vous souviendrez alors des déréglemens de votre vie ; et vous serez couverte de confusion, lorsque vous recevrez avec vous vos sœurs aînées et vos sœurs puînées ; car je vous les donnerai pour être vos filles, non par une alliance qui vienne de vous.

62. J'établirai alors mon alliance avec vous ; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur ;

63. Afin que vous repassiez votre vie dans votre souvenir, et que vous en soyez confondue, sans oser seulement ouvrir la bouche, dans la confusion que vous en aurez, lorsque je serai entré en grâce avec vous, en vous pardonnant tout ce que vous avez fait contre moi, dit le Seigneur Dieu.

non ad genus, sed ad morum similitudinem referant ; quasi dicat, iis moribus es, ut non ex Abrahamo, sed Chananaeis et Amorrhæis genita fuisse videris, quemadmodum Christus Judæis dixit Joan. 8, 44 : Vos ex patre diabolo estis, et genimina viperarum, apud Matthæum, cap. 23, 33, Christus ; apud Lucam cap. 2, 7, Joannes appellavit ; Isaias quoque cap. 1, 10, Judæorum principes, *principes Sodomorum* vocat. Ita de Aenê mulier illa apud nobilium Poetam :

Nec tibi diva parens, generis nec Daranus auctor, Perfidæ, sed duris genuit te cauitibus horrens Caucasus, hircanæque admóruni ubera tygres.

Hæc mihi non displicent : sed videtur aliquid etiam aliud significari, nempe primum populi Judaici nondum à Deo vocati statum et conditionem, q. d., antequam ego te, ô Jerusalem, eligerem, ornarem, et uxorem ducerem, adeò barbara et inculta eras, et inter Chananaeos et Amorrhæos nata fuisse viderere. Hanc interpretationem, et argumentum ipsum præ se fert ; agit enim de primâ Judaicæ gentis barba-

rie, deque Dei in illa excelenda beneficiis: et verba sequentia confirmant: *In die ortus tui non est praecisus umbilicus tuus et aqua non es lota.* Hoc enim barbarum est gentium. ET MATER TUE CHETHLEA. Chethlae mulieres inter alienigenas et barbaras feminas, quas Salomon adamavit, numerantur 5 Reg. 4, 1.

VERS. 4.—ET QUANDO NATA ES. Hebr., et generationes tuae, ad verbum, id est, natalitia tua (sub. sic se habent). IN DIE ORTUS TUI NON EST PRAECISUS UMBILICUS TUUS. Vocat generationes ea studia, quae recens natis infantibus adhiberi solent, ut quod umbilicus praecidatur, ac ligetur, quod lavetur. ET AQUA NON ES LOTA IN SALUTEM. Sic etiam Septuag. transtulerunt, quasi legitur a verbo *iascha*. Sensusque est valde coherens; quasi dicat, non es lota aqua ulla salutari, qua recens nati infantes lavari solent. Nec SALE SALITA, id est, condita, ut caro tua solidaretur. Haec enim erat Hebraeorum consuetudo, quomodo etiam nunc retinent nonnullae gentes, sed similes fuisti infanti expositae, cui nullum humisum ministerium adhibetur, ut Jonathas interpretatur.

VERS. 5.—NON PEPERIT SUPER TE OCELLUS, id est, nemo fuit, qui te ita abjectam, et expositam miseraretur. Hanc phrasim supra explicavimus, cap. 5, vers. 11, et c. 7, v. 4, 9, et cap. 8, 18, et c. 9, v. 5 et 10. SED PROFACTA ES, sicut infantes expositi profici solent. IN ABJECTIONE ANIMAE Tuae, id est, projecta ut morerere; anima pro vita. Putat Chaldaeus ad tempus illud hoc esse referendam, quo in Aegypto Hebraei adeo erant abjecti, ut eorum infantes occiderentur, aut projicerentur; quod si aliquam similitudinem veri habet, tamen non est necessarium: non enim historicè, sed metaphoricè propheta loquitur.

VERS. 6.—TRANSIENS AUTEM PER TE, quasi dicat, casu inveni te, cum te non quaererem, cum iter facerem fortè incidit in te. Non quod casu eam inveniit, nec enim providentiam et praedestinationem tollit; sed loquitur humano more, ut indicet se non indignus populo, nihilque causae habuisse, ut illum quaereret. VIDI TE CONCULCARI IN SANGUINE TUO, conculeatam, vel, involutam, vel contaminatam, inquinatam sanguine tuo, quem ex ventre matris tuae traxeras. Adhuc enim in te haerelat, quia non fueras lota aqua ad salutem, ut dixit vers. 4. Persistit enim in eadem metaphora. Nihil autem aliud significat, in sanguine fuisse, quam fuisse barbaram, incultam, miserabilem, beneficiorum Dei expertem: mysticè autem plenam fuisse peccatis, et adhuc peccatum ipsum originis, tanquam sanguinem ex utero matris tractum in eam habuisse. ET DIXI TIBI: VIVE, id est, feci te vivere, cum omni auxilio destituta esses, mortisque exposita. Hebraismus est, dixi, vive, pro vivere te feci.

VERS. 7.—MULTIPLICATAM, id est, multiplicavi te sicut herbam quae germinat in agro. Hebr.: *Decem millia sicut germen agri dedi te*; ad verbum, id est, incredibiliter, et in immensum multiplicavi te. Solent enim Hebraei dicere *decem millia*, pro rebus innumerabilibus, ut Psal. 67, 18: *Curus Dei decem millibus multiplex*, id est, curus Dei innumerabiles. Hoc est

quod dicitur Exod. 1, 7: *Filii Israel creverunt, et quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleverunt terram.* ET INGRESSA ES, ET PERVENISTI AD MUNDUM MULIEREBE. Hebr.: *Et pervenisti ad ornamenta ornatorum*, ad verbum, vel, ut alii vertunt: *Ingressa es in ornameto ornatorum.* Ornamentum autem ornatorum R. David ea ornamenta, vasque aurea et argentea vocari putat, quae mulieres Hebraeae ab Aegyptiis acceperunt, q. d., pretiosa ornamenta meo consilio, et studio obtinisti. Alii nimis allegoricè ornamentum ornatorum legem intelligunt. Alii naturalem corporis pulchritudinem, q. d., pulchra facta es. Hieronymus, et R. Joseph, quibus ego meam sententiam adjungo, per ornamentum ornatorum, nihil aliud intelligunt quam membra corporis jam ad nuptias matura, ut statim explicatur. Vocat autem ornamentum ornatorum, quia iis in locis ornatorum sedes est: vel, pervenisti ad ornamentum ornatorum, id est, ad eam etatem quae pretiosissima amat ornamenta. Septuag., *prodi adi, legerunt ari arim*, propter littere *resch* et *daleth* similitudinem. Verterunt enim civitates civitatum. UBERA TUA INTUMUERUNT, parata sunt vel eformata, noster interpres sensum reddidit. Est autem tumor uberum in puellis nubilis aetatis signum, sicut quod sequitur. PILES TUOS GERMINAVIT, pubes, quae viris quarto decimo, feminis duodecimo aetatis anno nasci solet; honesto enim verbo rem turpem declaravit. ET ERAS NUDA; cum ea aetate esses, quae maxime ornari amat, *eras nuda et confusione plena*, et discoperat. Sept. *enì ἀγχινομένης*, sicut Hier., pudibunda, respexit enim ad sensum.

VERS. 8.—ET TRANSIVI PER TE. Eamdem vim habet, quam supra, vers. 6. ET EGREGIUS TEMUS TUUM; aetas tua erat aetas procorum, quo tempore proci nuptias ambire solent; quasi dicat, jam nubilis eras, et nemo te, quia nuda eras et misera, ducere volebat; ego autem vestivi te, atque uxorem duxi. Hoc est quod dicit: *EXPANDI AMICTUM MEUM SUPER TE.* Erat enim matrimonii ritus, ut futuri certè matrimonii sponsio, si vir feminam pallio suo texisset, sicut Ruth dixit Booz, cap. 3, v. 9: *Expandi pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus sis.* Sic R. David interpretatur: *ET JERAVI TIBI.* Sicut sponsus sponsae jurare solet se eam uxorem ducturum. ET INGRESSUS SUM FACTUM REGUM. Haec emphasin habent perinde ac si diceret: Ego Deus, qui honorum tuorum non indigeo, non sum dignatus tecum, id est, cum paupere, nuda, et miserabili puella nuptias pociis. ET FACTA ES MIHI: facta es uxor mea, quod alias sine metaphora solet dicere, facti mihi estis in populum.

VERS. 9.—LAVI TE. Absterni sordes paupertatis et originis tuae, et pulchram effeci. Mysticè, lavi te à peccatis aqua gratiae mae.

VERS. 10.—DISCOLORIBUS; vestem actu pietati interpretantur Hebraei. Latini vestem Phrygiam appellat. ET CALCEAVI TE HYACINTO. Sic non solum Sept., sed etiam, ut ait Hieronymus, Symmachus, Aquilas et Theodotus transtulerunt, quod Hebraicè est *וַיַּחַד*, quod

Hebraei pellexi taxi animalis diversi coloris maculis distinctam significare dicunt, quibus pellicibus tabernaculo operum erat, Exod. 25, 5, et Numer. 4, 25, ex corio igitur ejus animalis dicit se calceos sponse suae confecisse, quia pretiosi erant, et pulchri. ET INDEI TE SUTILLIBUS VESTIBUS, Hebr. *meschi*, quem R. David pannum sericum esse dicit.

VERS. 11.—ET ORNAVIT TE ORNAMENTO, multiplici ornatorum genere. Haec omnia, quae sequuntur usque ad versum 14, nihil aliud significant, quam populum Judaicum ex barbaro, Dei beneficio, maxime autem datà lege factum esse civilem, elegantem, nobilem; quamquam Chaldaeus Paraphrastes singula verba conatur ad singula Dei beneficia accommodare. DEDI, POSUI, IN MANIBUS TUIS, manus vocat eam partem brachii, quae manus proxima est. Hispani *manicam* à manu vocant, quasi manicam; ea enim parte, ut ex multis Scripturae locis colligitur, solent mulieres Hebraeae aureas et argenteas armillas ferre, quemadmodum hodierno die in Hispania et Africa fieri videmus.

VERS. 12.—ET DEDI INAUREM SUPER OS TUUM. Sicut qui potent Hebraeas mulieres solitas circulos aureos, vel argenteos ex fronte in nasum dependentes gestare, haeque hoc loco significari. Sed id est incertum; quamquam lunulas gestasse legimus, apud Isai., cap. 5, vers. 18. Itaque malo simpliciter exponere, ut in aurem vocet, quo statim circulos appellat; utrumque enim Hebraicum verbum *nezem* et *agilim*, idem probris significat. Vocat autem aures os, quia circa os erant; sicut paulò ante brachia vocavit manus. Est ergo ejusdem sententiae diversis verbis facta repetitio.

VERS. 15.—POLYMITO. Polymita vestis idem est quod vestis diversi coloris, quod statim sequitur. Hoc autem loco est *meschi*, quod sericam vestem significat, ut ait R. David, ut diximus vers. 10. Sept. verterunt, *subtili veste*. Quod autem sequitur, ET MULTIS COLORIBUS, Hebraicè est *rikemah*, id est, veste aeu pietà, ut vers. 10. Quam Hispani sumpto ex Hebraeis, aut ex Africanis vocabulo, quorum lingua Hebraicè similis est, *Recamado* vocant. SIMILAM ET MEL, id est, non glandes, non cepas Aegypti, sicut cum adhuc barbara esses et inculpta; sed delicatum cibum, ut nobilis. ET DECORA FACTA ES, id est, digna regno ut statim sequitur; sicut poeta ille Graecus dixit: *ἡ πόλις πᾶς ἔστιν; ἔστιν τοῦ τρυφῶντος.* ET PROFECISTI IN REGNUM. Hebraicè, et prosperè egisti usque ad regnum, id est, adeo prosperè omnia tibi meà providentià successerunt, ut regi nupseris, reginaque facta sis. Cum enim prius reges non haberes, reges tibi dedit. Solet autem rex maritio, populus uxori comparare, ut Thren. 1, 4. *Facta es quasi vidua domina gentium*, id est, orbata rege tanquam uxor marito.

VERS. 14.—ET EGRESSUS EST NOMEN TUUM, id est, pervenit fama tua ad omnes gentes propter pulchritudinem tuam, pulchritudinem vocat politiam et rectam republice administrationem, quam regina Saba magno opere admiravit.

VERS. 15.—ET HABENS FIDUCIAM, quasi dicat, nimia sollicitas, quae te in cultu continere debuisset; à meo cultu avertit, et ad idololatriam incitavit. *Sedit enim populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.* Exodi. 32, 6. [IN NOMINE TUO, propter famam tuam, quae ad omnes gentes pervenerat. EA enim excitati multi ad te ex remotis nationibus veniebant, qui te paulatim idololatriam docuerunt: ait, *In nomine tuo*, id est, contra nomen tuum; quasi dicat, fornicando nomen tuum contaminasti, et cum prius clarum esset, obscurum reddidisti. Ut EJUS FIERES. Hebr., *illi erit*, ad verbum R. David sic interpretatur: *Expositi fornicationem tuam omni transcuranti*, id est, quicumque veniret, qui novum idolum afferret illud colebas, et ad illud statim desiderium tuum ferebatur. Chaldaeus paraphrastes, pro ei, videtur legisse *non*, verit enim: *Et non decebat te ita facere*, quem nonnulli alii interpretes secuti sunt. Ego malo sic interpretari: *Expositi fornicationem tuam omni transcuranti.* Hebr., *illi erat*, id est, cui aliquid erat. Hebraismus, quasi dicit: *Fornicaberis cum omni transcurante, qui aliquid habebat idolum, quod posses colere.* Hic sensus clarius explicatur inf., vers. 25.

VERS. 16.—FECISTI TIBI EXCELSA. Excelsa hoc loco non vocat aras, ut putant multi; sed idola, ut Septuaginta transtulerunt, et ut Hieronymus interpretatur. Quo enim modo aras aut vestibus confecerunt? Idola autem fecerunt, id est, ornarunt, ut declaratur vers. 18. Sive reverè ita fecerint, et ex pretiosa veste, quam ex opibus, quas à Deo acceperunt, fecerant, ornamenta fecerint idolorum: sive metaphoricè, quod quos ritus, quasque caeremonias à Deo, ut ipsum colerent, acceperunt; ad colenda idola convertissent. Hinc INDE CONSUTA. Hebraei interpretantur diversi coloris, quasi dicat, fecisti quod libidinosissime meretricis facere solent, quae ipse suis sumptibus eleganter amatores suos vestiunt, ut cum illis majore cum voluptate concubant. Sicut non est factum, neque futurum est. Hebraicè, *non venient, et non erit.* Quod R. David interpretatur: Non erunt similia idola unquam, nec erit quisquam homo, aut populus qui talia faciat. Septuaginta videntur, pro *baath*, legisse *bata*, verterunt enim: *Et non ingredieris.* Ego Hieronymum optimè omnium vertisse arbitror. Nam etsi verbum è verbo non reddidit, tamen verum sensum reddidit. Sic enim interpretat: *Non venerunt*, id est, nunquam fuerunt similia idola, et non erit unquam ullum idolum illis simile.

VERS. 17.—VASA DECORIS TUI, id est, instrumenta pulchritudinis tuae, aut glorie tuae: sic vocat armillas, inaures et omnia aurea et argentea mulierum ornamenta. Saepè enim diximus et ab Hebraeis, et à Graecis, et à Latinis omnia cujusque rei instrumenta vasa vocari. ET FECISTI IMAGINES MASCULINAS. Quemadmodum sabacissimae mulieres non contentae viris suis, ipsae sibi imagines viriles fingunt, quibuscum suam libidinem exsatiat.

VERS. 18.—OLEUM MEUM. Quod ego tibi dederam, sicut dixi versu precedenti, *de auro meo, atque argenteo*

meo, quae dedi tibi: vel, oleum meum, et thymiana meum, id est, quod mihi offerre debebas. POSTISTI CORAM EIS, id est, obtulisti illis. Hebraismus, et al. ludio ad lucernas, et oleum, Levit. 24, 4: Super candelabrum mundissimum ponatur semper in conspectu Domini; eandem phrasim repetit versu sequenti.

VERS. 19. — ET FACTUM EST. Ita se res habet, ut dixi, neque id negare potes, quia ego Dominus scio, ita R. David interpretatur. Eodem sensu per interrogationem Chaldaeus vertit: Nonne facta sunt omnia haec?

VERS. 20. — QUAS GENERASTI MIHI. Tanquam uxor marito; ego enim tanquam maritus filios et filias tibi dederam, quos ego tibi dederam; vel quos tu mihi dare debebas, quos mihi generas, ut dixit versu praecedenti. ET PEDISTI ILLIS CONSECRANS. Hebraice, ad trucidandum eos per ignem idololatrarum ritu, 4 Reg. 16, 3, et cap. 17, 17, et cap. 21, 6, et cap. 25, 10.

VERS. 21. — ET IMMOLASTI, ET MACLASTI. Filios meos, quos ego tibi dederam; vel quos tu mihi dare debebas, quos mihi generas, ut dixit versu praecedenti. ET PEDISTI ILLIS CONSECRANS. Hebraice, ad trucidandum eos per ignem idololatrarum ritu, 4 Reg. 16, 3, et 17, 17, et 21, 6, et 25, 10.

VERS. 25. — VAE, VAE TIBI. Aliqui verba ita conjungunt: Accidit tibi vae, vae, id est, magna miseria et infelicitas, postquam malitiam tuam explēsti; facientes hunc unum versum, sicut Hebraei, et Chaldaeus et Septuaginta faciunt; quanquam haec verba, vae, vae, ut Hieronymus adnotat, Vulgata olim editio non habebat; sed de Theodotionis translatione sumpta fuerunt. Alii, et sic accidit post omnem malitiam tuam, vae, vae, id est, ut sis nuda et discooperata, sicut in adolescentia tua fuisti. Alii cum versu sequenti jungunt, et ex duobus unum faciunt interpositis per parenthesin his verbis (Vae, vae tibi). Accidit tibi post omnem malitiam tuam, ut aedificares tibi lupanar et prostibulum. Hebr. *gab et ramah*, quod utrumque nomen excelsum significat, et Hebraei aram interpretantur, dicitque R. David esse repetitionem. Septuaginta priori loco *σχεμα πορνείας*, id est, fornicationis; posteriori *εδραμα prostitutionem* translulerunt. Symmachus et Theodotus, ut Hieronymus refert priori loco *πορνείας*, Aquila *εδραμα* ganem; posteriori loco omnes illi tres, excelsum verterunt. IN CUNCTIS PLATEIS, id est, in omnibus locis publicis, ut impudentissime meretrices facere solent.

VERS. 25. — AD OMNE CAPUT VLE, in omni bivio, trivio, quadrivio. Alludit ad consuetudinem prostituerum meretricum, quae in bivis et trivis sedent, ut omnes praeterentes ad libidinem invitent. Sic legitur Thamar, more meretricum in bivio sedisse, quā Judas

ilurus erat, Gen. 38, 14. AEDIFICASTI SIGNUM PROSTITUTIONIS Tuae, id est, tugurium, sub lato signo, ut qui preterirent agnoscerent esse ibi meretricem, quemadmodum tabernaculi vinariae hedera appendi solet; faciunt hoc alibi etiam hodierno die perfricta frontis scorta. Hebraice est, *aedificasti excelsum*, id est, aram, imd nomen quod versu superiori. ET ABDOMINAM FECISTI DECOREM TUUM. Abusa es pulchritudine tua; nam cum eam, sicut uxor casta, marito reservare debuisses, vilissimis quibusque hominibus exposuisti, eamque turpem reddidisti; sicut meretrices quo nimio longoque usu libidinis foedissimae fiunt. DIVISISTI PEDES TUOS, prostituisti te, honesto verbo rem turpem significat.

VERS. 26. — MAGNARUM CARNUM, id est, qui membra virilia majora habent quam ceteri homines, ut dicit infra cap. 23, 20: Et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum, et sicut fluxus equorum, fluxus eorum. Partes inhonestas honeste nominat. Dicit autem metaphorice Aegyptios majora quam ceteros homines virilia habuisse, quia multo major apud Aegyptios quam apud ceteras gentes erat idololatria.

VERS. 27. — EXTENDAM MANUM MEAM SUPER TE, id est, percutiam te, affligam, puniam, saepe hunc Hebraismus exposuimus, vide supra, cap. 14, 9, 13: ET AUFERAM JUSTIFICATIONEM TUAM, id est, favorem meum, quo dum te prosequor videris esse justa, et puniam te, ut appareat te injustum esse. Hebr. *aufeream decretum tuum*, ad verbum; quod R. David exponit, auferam a te demensum tuum, cibum tuum, quo te singulis diebus alebam, simlam scilicet, mel et oleum quod tibi dedi, ut dixit versu 19, R. Salom. Auferam a te decretum tuum, id est, fornicationem tuam, consuetudinem fornicandi tuam; utraque interpretatio bene convenit. Sed melius fortasse decretum inter Deum, et Judaeos quo promiserat nunquam se eos deserturum. ET DABO TE IN ANIMAS. In desideria. Hebraismus, id est, tradam te voluntati atque libidini Palestinorum. Filias autem vocat Palestinorum civitates, frequentis Scripturae consuetudine. Isai. 6, 2, et Jerem. 48, 18, et 49, 2, 3, 4: QUE ERUBESCENT. Quia justiores sunt te, ut declarat infra versu 52.

VERS. 29. — IN TERRA CHANAAN, usque in terram Chanaan, imitans etiam ejus idololatras. Ceterum Chaldaei, ad Chaldaeam usque.

VERS. 50. — IN QUO MUNDABO COR TUUM? Quā ratione te innocentem judicare poterō? aut, ut Hieronymus ipse, qui sic vertit, interpretatur: Quomodo tibi mederi poterō? ut apud Isai. cap. 5, 4: Quid est quod ultra debui facere vinee meae, et non feci ei? Et apud Ose. cap. 6, 4: Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi, Juda? Hebr. *Quam infirmum est cor tuum!* aut, *quam excelsum est cor tuum!* id est, quam insipientis et fatua es, quam vecors, cum haec feceris! ita Hebraei. Septuag. *Quid faciam cordi tuo?* eodem sensu, quo Hieronymus. MERETRICES ET PROCACIS. Hebr., dominantis, id est, libere, solute, non habentis maritum, vage, hae illuc discurrentis. Hispanice, ut ait R. David:

Callegera. odem sensu Chaldaeus vertit: Quae sui ipsius potestatem habet; et Septuaginta, *libere agentis*.

VERS. 51. — LUPANAR, excelsum, aram tuam, ut vers. 24: ET EXCELSUM, quod vers. 24, vertit, *prostibulum*. IN CAPITE OMNIS VLE. Vide vers. 25.

VERS. 52. — FASTIDIO AGENS PRETIUM. Quae non libidinis, sed lucri causa amatores admittit, ideoque nimia libidinis satietate mercedem auget; sed facta es similis adulterae, quae non mercedis, sed insatiabilis libidinis causa preter maritum suum alios viros inducit, sponteque sua sine ulla mercede allicit. Hebr.: *Non fuisti, sicut meretrix, ad contemendam mercedem*, ad verbum; quod Hebraei eadem sententia interpretantur; sicut meretrix, quae contemnit mercedem, quam accipit, ut majorem eliciat. Ego simplicius: Non est facta sicut meretrix ad contemendam mercedem, id est, ita ut mercedem contemneres, quam meretrix contemnere non solet. Quia mercedem contempsisti, ut explicatur vers. 55. *Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis*.

VERS. 54. — ET POST TE NON ERIT FORNICATIO, sub, tuae similis, ut Hebraei intelligunt, et Jonathas reddit, quanquam Sept. haec verba non translulerunt.

VERS. 56. — QUAE EFFUSUM EST AS TUUM, id est, omnis tua pecunia in amatores tuos, ut Hieronymus exponit. Eodem modo Sept. verterunt; quanquam Theodoretus alio sensu eorum versionem interpretatur. Hebr., *inferior pars tua, fundum tuum*; sic vocat mulieris pudenda honesto verbo ut Jonathas et R. David exponunt. Sic appellatur Hebraice fundum cujusque rei quasi subteratum, quod fundum vasorum aeratum esse solet, ideò Hieronymus et Septuaginta as reddiderunt. Hunc autem quem diximus esse sensum, indicant verba quae sequuntur, et *revelata est ignominia tua*. IN SANGUINE FILIORUM, propter sanguinem, frequens Hebraismus; sicut, in fornicationibus, id est, propter fornicationes.

VERS. 57. — NUDABO IGNOMINIAM TUAM, quasi dicat, sicut tu pudenda tua omnibus amatoribus tuis libidinis causa nudasti; ita ego ea coram illis et coram iis quos odio habebas, ignominiae causa nudabo, ut ab amicis et inimicis irridere. Revelavit Deus ignominiam Jerusalem cum eam excidit, inflammavit templum, ita ut qui transirent, et viderent ejus ruinas, obstupescerent, et moverent caput suum, ut dixit Jerem. c. 18, 16, et c. 19, 8. Dicit autem se amicos et inimicos congregaturum, id est, Aegyptios, quibuscum erant confederati, ut apparet Jerem. 2, 18, multis aliis ejusdem prophetae locis; et Chaldaeos, qui hostes erant. Nam utrique Jerusalem ignominiam viderunt; Chaldaei, dum eam vastarent atque diriperent; Aegyptii, dum famam audirent, et multos in Aegypto Judaeos profugos viderent. Jerem. cap. 43.

VERS. 58. — ET JUDICABO TE, id est, puniam adulterarum et homicidarum poena, quia et adultera idola colendo, et homicida filios tuos illis sacrificando fuisti. ET DABO TE IN SANGUINE FURORIS, id est, crudeli et truculentā morte puniam te, sicut solent mariti

furore et zelotypia incensi adulteras uxores occidere.

VERS. 59. — LUPANAR TUUM. Iisdem duobus verbis utitur, quibus sup. vers. 24 et 51 usus est; utrumque excelsum, id est, aram significat. ET AUFERENT VASA DECORIS TUI. Ornamenta tua quae instrumenta sunt pulchritudinis tuae, quibus pulchra nunc esse videris, ut sup. vers. 17. Sic vocat opes et thesauros Hierosolymitanos, quos Chaldaei direpturi erant.

VERS. 40. — ADDUCENT TE SUPER MULTITUDINEM, id est, tradent te multitudini lapidandam; Hebr., et adducent super te multitudinem, ad congregationem, id est, magnum exercitum. ET LAPIDABUNT TE, projectiles lapides intra urbem machinis et catapultis. Alludit autem, ut recte adnotavit R. David, ad penam adulterarum, quae ex lege aut consuetudine lapidabantur.

VERS. 41. — ET COMBURENT DOMOS TUAS. Haec etiam, ut ait R. David, adulterarum poena erat. Id reipsa factum fuisse narratur lib. 4 Reg. cap. 25, vers. 9, et apud Jerem. cap. 52, vers. 13: *Et facient in te judicia*, id est, diversis te supplicis afficient, quia et lapidabunt te, et comburent, ideò plurali numero usus est Propheta, ut notat Kimchi. IN OCULIS MULIERUM PLURIMARUM, id est, multarum nationum, ut Chaldaeus paraphrasit vertit, et R. David exponit. Alludit etiam ad consuetudinem, quā adulterae in oculis aliarum mulierum puniebantur, ut et ipse majore ignominia afficerentur, et aliae earum exemplo ad adulterio deterrerentur. Propterea dixit: IN OCULIS MULIERUM PLURIMARUM, et non, virorum plurimorum. Quanquam aliae nationes, quae Hierosolymitanis excidio interfuerunt, non mulieres, sed Jerosolymitanae erant.

VERS. 42. — REQUESCAT. Satiabo indignationem meam puniendo te. Clarius Hebraice, *quiescere faciam indignationem meam in te*. ET AUFERETUR ZELUS MEVS A TE. Non ero amplius contra te zelotypus, quia indignationem in te meam semel exsaturabo.

VERS. 45. — ET QUOD NON FUERIS RECORDATA. Vide supra v. 22. ET EGO VIAS TUAS, id est, punivi te pro meritis tuis. Hebraismus saepe explicavimus, ut cap. 9, v. 10, et cap. 11, v. 21. ET NON FECI JUXTA SCILLERA TUA, id est, non utar in te puniendā summo jure meo; majora enim supplicia merebare. Hoc sensu Hieronymus et Septuag. verterunt. Putant autem Hebraei, ut scribit Kimchi, litteram *iod*, in verbo *aiti* redundare. Itaque omnes interpretantur: *Non fecisti cogitationem super omnibus abominationibus tuis*, ad verbum, id est, non cogitasti apud te discedere a tuis abominationibus; non redisti ad meliorem mentem; atque hunc sensum Chaldaeus quoque paraphrasit expressit, eumque verba proximi versūs confirmat: *Sicut mater, ita et filia ejus*; id est, qualis erat olim Jerusalem, talis etiam nunc est, non est emendata supplicis.

VERS. 44. — OMNIS QUI DICIT, id est, quisquis volet elegantius ac vero aliquo uti proverbio, nullum melius, aut verius inveniet, quam si de te dicat, qualis erat mater, talis est filia, id est, talis est nunc Jerusalem, qualis semper fuit: plena scilicet impietatis et scele-

rum. Matrem vocat veterem Jerusalem; filiam verò novam, quia hæc ex illa genita est.

VERS. 45. — *FILIA MATRIS TUÆ*, id est, similis es matri tuæ; satis apparet ex tuis moribus te illius esse filiam. *ET SOROR SORORUM TUARUM*, similis sororibus tuis, nulla ex parte illis melior. Sorores ejus vocat vicinas civitates Samariam et Sodomam, ut declarat versu sequenti.

VERS. 46. — *SOROR TUA MAJOR*. Samariam sororem appellat Jerusalem, quia sicut Jerusalem erat caput regni Juda, ita Samaria regni Israel. Majorem autem, quia in Israel et Samaria decem erant tribus; in Jerusalem duæ tantum; et solet soror ætate major, corpore quoque major esse. Filias Samaria civitates et oppida illi subjecta dicit frequentissimè Scripturæ phrasi, ut supra vers. 20. Sodomam verò vel propter vicinitatem, vel propter morum similitudinem sororem ejus vocat; quam minorem esse dicit, quia erat minis frequens. Quòd autem Samariam ad sinistram, Sodomam ad dextram esse dicit, ad situm loci pertinet, quem supra declaravimus cap. 4, 4. Orientem enim solem spectantibus in Jerusalem, ut Hieronymus scribit, Samaria ad sinistram, Sodoma ad dextram erat.

VERS. 47. — *SED NEC IN VHS EARUM*. Non fuisti earum contenta sceleribus; sed brevi tempore majora perpetrasti, ut statim declarat. *PAUVILLEN MINUS*. Noster interpres et Septuaginta hæc verba cum superioribus copulant, ut sensus sit: Non fuisti contenta paulò minora scelera quam sorores tuæ patrare, quod tolerabile videri potuisset; sed multò majora designasti. Hebræi cum sequentibus jungunt, ad verbum: *Sicut pariam pariam, et corrupisti præ illis omnes vias tuas*.

Notat R. David idem esse *naat* et *cat* angustæque diminutionis causâ geminari; atque brevissimum viginti trium annorum tempus significari, quod post Samariæ captivatem effluerat. Sexto enim anno Ezechie regis, Samaria à Sennacherib Assyriorum rege capta est, 4 Reg. 18, 10, regnavit autem Ezechias viginti novem annos, 4 Reg. 18, 2, quo toto tempore populum ab idololatriâ continuit. Successit illi impius Manasses, 4 Reg. 20, 21, qui idololatriam restauravit, 4 Reg. 21, 2, 3, 4. Itaque viginti tribus annis post captam Samariam populus ab idolis abstinuit, post quod tempus multò magis quam Samaria et Sodoma idola coluit. Atque hoc putant Hebræi hoc loco significari. Mihi sensus Septuag. et interpretis nostri magis placet.

VERS. 49. — *ET ABUNDANTIA, ET OTIUM*. Hebr., *et abundantia offi*. Otium vocat nimiam à bellis et aliis vexationibus requiem, quæ causa hominibus esse solet omnis vitiositatis, maxime verò libidinis, ut poeta quidam dixit.

Otia si tollas, perire cupidinis arcus.

MANUM EGENO. Hebr., *Manum egeni et pauperis non corroborat*, id est, non implebat, nihil pauperi et egeno in manum dabat. Eodem sensu Septuag., *manum mendici et pauperis non adjuvabant*.

VERS. 59. — *ELEVATÆ SUNT*. In superbiam ætate Sodoma et filie ejus, id est, vicine, subiectæque civi-

tates. *CORAM ME*. Contra me, aut me vident, frequens Hebræis.

VERS. 51. — *ET JUSTIFICASTI SORORES TUAS*. Justiores te esse declarasti, dum pejora flagitia commisit.

VERS. 52. — *QUÆ VICISTI SORORES*. Sensus nostri interpretis optimè convenit. Hebræi tamen aliter exponunt: *Quæ judicasti sororem tuam*, id est, quæ contra Samariam sententiam pronuntiasti, cum videres eam in captivitate duci, dicens meritò, eam puniri, quòd Deum dereliquisset. Hæc mihi interpretatio non placet. Nam si hoc dicere voluisset, non dixisset: *Judicasti sororem tuam in peccatis tuis*; sed, *in peccatis ejus*. Sensus ergo est: Judicasti, id est, condemnasti sororem tuam in peccatis tuis, quasi dicat: Cùm peccatis tu sororæ tua certareris, tu illam condemnasti, id est, eam peccatis vicisti, ut optimè verit noster interpres. *Sceleratus agens ab eis*. Hebr., *per illis*.

VERS. 53. — *CONVERTAM RESTITUENS EAS*. Et convertam conversionem earum, conversionem; inquam, Sodomæ et filiarum ejus, et conversionem Samariæ et filiarum ejus, quemadmodum Septuag. vertunt. Conversionem vocat captivitatem, quasi dicat: Revocabo cives Sodomorum et Samariæ, qui captivi tenentur. Non potest hic locus nisi de vocatione gentium intelligi, quæ Sodomitæ, id est, homines gentiles ad Ecclesiam Christi tanquam ad suam patriam ab exilio errorum revertentur. Poniit enim unam gentilitum civitatem loco omnium; sicut Christus, Matth. 11, 21, 22, 23, posuit Sodomam, Tyrum et Sidonem. Cùm enim hæc Ezechiel prædicebat, Sodomæ incendio delere erant. Per Samariam autem eos Judæos intelligit qui, cùm à duabus tribubus, quæ verum regnum et sacerdotium retinebant, discessissent, mediè quodammodò inter Judæos et gentiles erant. Docet ergo fore ut prius gentiles et Samaritani à diaboli captivitate liberentur, et ad Ecclesiam veniant, quod eventus verum esse declaravit. *ET CONVERTAM REVERSIONEM TUAM*, captivitatem tuam, quæ inter eas versaris, ut plerique interpretantur; vel, quod mihi magis placet: *IN MEMO EARUM*, id est, unâ cum illis, quasi non illas propter te, sed te propter illas liberare videat.

VERS. 54. — *UT PORTES IGNOMINIAM TUAM*. Videns alios venire ab oriente et occidente, et recumbere cum Abraham et Isaac in regno Dei, te autem foras ejiçit, ut Christus dicit, Matth. 8, 11, 12. Atque hæc ratione sorores tuas consolaberis, quæ ex suppliciis tuis intelligent, se levius quam te peccavisse.

VERS. 55. — *AD ANTIQUITATEM SUAM*. Ad pristinam libertatem, ad antiquam possessionem suam, id est, ad Ecclesiam, non quòd ante 13 Ecclesiâ fuissent, sed quòd status Ecclesiæ sit status libertatis, quem illi olim habuerant. In libertatem enim vocati sumus, Gal. 5, 13. *ET TU ET FILLE TUÆ, REVERTEMINI*. Post alias gentes. *Cæcitas enim ex parte conligit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, et sic (post gentes) omnis Israel salvus fiet*. Rom. 11, 26.

VERS. 56. — *NON FUIT AUDITA IN ORE TUO*. Nemo tē unquam audivit commemorare insigne Sodomorum exemplum, quò ob nefanda sua flagitia deleri fuerant

ut te et alios metu similis supplicii à similibus flagitiis revocares; sed in die SUPERBIE TUÆ, id est, cùm tibi ad eò prospere omnia succederent, ut in superbiâ efferreris, oblita es quid Sodomis accidisset.

VERS. 57. — *ANTEQUAM REVELARETUR*. Exponit, quis fuerit ille dies superbiæ; nempe tempus illud, quo nondum ejus malitia per captivitatem, per pestem, per gladium, per urbis et templi eversionem et incendium revelaretur. *IN OPPROBRIUM FILIARUM SYRIÆ*. Revelaretur, inquam, ita ut te Syria, Palestinæque civitates probro haberent, cùm ita te à Deo derelictam, afflictamque viderent. *QUÆ AMBUST TE*. Quæ te undique deprædabuntur aut contemnent.

VERS. 58. — *SCELUS TUUM, ET IGNOMINIAM TUAM*. Hebr., *Scelus tuum et abominaciones tu portabis*, id est, scelereum et abominacionum penas dabis; præteritum pro futuro.

VERS. 59. — *ET FACIAM*. Conjunctio redundat. *SICUT DESPEXISTI*. Hebr., *sicut fecisti*, quemadmodum Septuag. vertunt, id est, sicut tu irritum fecisti pactum meum, quo promiscras fore ut coles me, ita ego irritum faciam pactum tuum, quo promiseram fore ut bene tibi facerem, ut paulò post declarat. *SICUT DESPEXISTI JURAMENTUM*. Hebr., *quia despexisti juramentum*; *ET IRITUM FACERES FACTUM*, id est, despiciens juramentum irritum fecisti pactum, aut, irritum fecisti pactum non habens rationem ullam juramenti, quo illi firmaveras. Alii hunc versum sequenti conjungunt, atque ad hunc modum interpretantur, quamvis possem facere sicut tu fecisti, id est, pactum meum violare, sicut tu violasti tuum, tamen non faciam; sed recordabor pacti mei, itaque versu sequenti conjunctionem *et*, vertunt in *tamen*, aut in *autem*; *Ego tamen*, aut: *Ego autem recordabor pacti mei*. Quæ interpretatio neque præcedentibus neque sequentibus verbis mihi videtur convenire. Nam vers. 58, dixit: *Scelus tuum et ignominiam tuam portabis*, et vers. 59, reddidit causam, quia faciam tibi sicut fecisti; non ergo

CAPUT XVII.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, respone enigma et narra parabolas ad domum Israel.

3. Et dices: Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, et variatæ, venit ad Libanum, et tulit medullam cedri.

4. Summitatem frondium ejus avulsit: et transportavit eam in terram Chanaan, in urbe negotiatorum posuit illam.

5. Et tulit de semine terra, et posuit illud in terrâ pro semine, ut firmaret radicem super aquas multas: in superficie posuit illud.

6. Cùmque germinasset, crevit in vineam latioremi humili statura, respicientibus ramis ejus ad eam, et radices, ejus sub illâ erant: facta est ergo vinea, et fructificavit in palmitibus, et emisit propagines.

7. Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisque plumis: et ecce vinea ista quasi mittens ra-

de veni, sed de penâ agit; et vers. sequenti 61, dicit: *Recordaberis viarum tuarum, et confunderis*, quamquam alium sensum habere potest. Igitur sensus est:

VERS. 60. — *ET RECORDABOR EGO PACTI MEI*; id est, puniam te secundum pactum meum. Nam in fodere non solum promissa erant præmiorum, sed etiam poenarum adversis transgressores comminationes, Levit. 26, quasi dicat: Quia tu non es recordata pacti mei, ego recordabor. Servabo enim illud sumenda de te penis; cùm autem punivero te, auferam pactum illud à te, et dabo pactum aliud sempiternum, quod est Evangelium, ut apud Jerem., cap. 31, 31. Quia enim de penis agebat, verbum unum consolatorum intermiscuit.

VERS. 61. — *ET RECORDABERIS VIARUM TUARUM*. Cognosces ex pacto illo sempiterno aliqua tua peccata, per Evangelium enim peccata cognoscitur. *ET CONFUNDERIS*, pudebit te tibi, ages per Evangelium admodum penitentiam. *CUM RECEPERIS SORORES TUAS*, decem tribus, et omnes alias gentes: faciam enim illas ex sororibus filias, quæ prius æquales tibi erant, tunc tibi erunt tanquam matrè filia subjectæ, à te enim per Baptismum generabuntur. Loquitur de Ecclesiâ sub nomine Jerusalem, quemadmodum Jeremias multis in locis facit; propterea dicit fore ut ex sororibus filias faciat, quia ante sorores fuerant Jerusalem; postea Ecclesiæ filia. Hoc est quod Isaias, cap. 60, 4, vaticinatur: *Filii tui de longe venient, et filia tue de latere surgent*; et cap. 49, 22: *Afferent filios tuos in sinis, et filias tuas super humeros portabunt*. *NON EX PACTO TUO*. Non propter pactum illud vetus; sed propter novum. *ALII, non propter merita tua*.

VERS. 65. — *ET NON SIT TIBI ULTRA APERIRE OS*. Non audabis amplius contra me hiscere; nullam habebis occasionem querendi de me: multitudine magnitudinèque meorum beneficiorum devincta.

CHAPITRE XVII.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit:

2. Fils de l'homme, proposez cette énigme, et raportez cette parabole à la maison d'Israel.

3. Vous leur parlerez de cette sorte: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Un aigle puissant, qui avait de grandes ailes et un corps très-long, plein de plumes, diversifiées par la variété des couleurs, vint sur le mont Liban, et emporta la moelle d'un cèdre.

4. Il en arracha les branches naissantes, et les porta au pays de Chanaan; il les mit dans une ville de gens de trafic.

5. Et en ayant pris de la graine, il la mit en terre comme une semence, afin qu'elle prit racine, et qu'elle s'affermît sur les grandes eaux, et il la planta sur la surface de la terre.

6. Lorsqu'elle eut poussé, elle crût et devint une vigne assez étendue, mais basse, dont les branches regardaient cet aigle, et dont les racines étaient sous lui. Lors donc qu'il s'en fut formé une vigne, elle porta du pois et du fruit, et elle produisit des rejetons.

7. Il parut ensuite un autre aigle, qui était grand, à longues ailes, et chargé de plumes; et alors cette vigne sembla porter ses racines, et étendre ses bran-

dices suas ad eam, polmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis sui.

8. In terrâ bonâ super aquas multas plantata est: ut faciat frondes, et portet fructum, ut sit in vineam grandem.

9. Dic: Hæc dicit Dominus Deus: Ergone prosperabitur? nonne radices ejus evellat, et fructus ejus distringet, et sicabit omnes palmites germinis ejus, et areset: et non in brachio grandi neque in populo multo, ut evelleret eam radicibus?

10. Ecce plantata est: ergone prosperabitur? nonne cum tetigerit eam ventus urens, siccabitur, et in areis germinis sui areset?

11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 12. Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significant? Dic: Ecce venit rex Babylonis in Jerusalem, et assumet regem, et principes ejus, et adducet eos ad semetipsum in Babylonem.

15. Et tollet de semine regni, fœtietque cum eo fœdus, et ab eo accipiet jusjurandum: sed et fortes terra tollet,

14. Ut sit regnum humile, et non elevetur, sed custodiat pactum ejus, et servet illud.

15. Qui recedens ab eo, misit nuntios ad Ægyptum, ut daret sibi equos, et populum multum. Numquid prosperabitur, vel consequetur salutem, qui fecit hæc? et qui dissolvit pactum, numquid effugiet?

16. Vivo ego, dicit Dominus Deus: quoniam in loco regis, qui constituit eum regem, cujus fecit irritum juramentum, et solvit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.

17. Et non in exercitū grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharaon prælium: in jactu aggeris, et in destructione vallorum, ut interficiat animas multas.

18. Spreverat enim juramentum ut solveret fœdus, et ecce dedit manum suam: et cum omnia hæc fecerit, non effugiet.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Vivo ego, quoniam juramentum quod sprevit, et fœdus quod prævaricatus est, ponam in caput ejus.

20. Et expandam super eum rete meum, et comprehendetur in sagena meâ: et adducam eum in Babylonem, et judicabo eum ibi in prævaricatione quâ desepxit me.

21. Et omnes profugi ejus cum universo agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergentur: et scietis quia ego Dominus locutus sum.

22. Hæc dicit Dominus Deus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, et ponam: de vertice ramorum ejus tenerum distringam, et plantabo super montem excelsum et eminentem.

23. In monte sublimi Israel plantabo illud, et erumpet in germen, et faciet fructum, et erit in cedrum magnam: et habitabunt sub eâ omnes volucres, et universum volatile sub umbrâ frondium ejus nidificabit.

ches vers ce second agle, afin qu'il l'arrosât des eaux fécondes qu'il pouvait lui procurer.

8. Cette vigne étoit déjà plantée dans une bonne terre, sur le bord des grandes eaux, afin qu'elle poussât du bois, et qu'elle portât du fruit, et qu'elle devint une grande vigne.

9. Dites-leur: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Cette vigne donc réussira-t-elle? et au contraire ce premier n'en arrachera-t-il pas les racines, n'en abattra-t-il pas le fruit, n'en fera-t-il pas mourir tous les rejetons, afin qu'elle sèche, et qu'elle soit déracinée entièrement, sans qu'il ait besoin pour cela d'employer toute la force de son bras, ni beaucoup de peuple?

10. La voilà plantée? espère-t-elle donc pouvoir s'affermir? lorsqu'un vent brûlant l'aura frappée, ne mourra-t-elle pas, et ne séchera-t-elle pas, avec toutes les eaux dont elle avoit été arrosée?

11. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit:

12. Dites à ce peuple qui m'irrite sans cesse: Ne savez-vous pas ce que cette énigme signifie? Le roi de Babylone, ajouterez-vous, vient à Jerusalem. Il en prendra le roi et les princes: et il les emmènera avec lui à Babylone.

15. Il choisira ensuite un prince de la race royale: il fera alliance avec lui, et lui fera prêter serment; il transportera ensuite les plus vaillants hommes hors du pays.

14. Afin que le royaume de ce prince demeure sûr et faible sans pouvoir s'élever, et qu'il demeure fidèle dans les conditions qui lui ont été prescrites, et qu'il les garde.

15. Mais ce prince se révoltant contre lui, a envoyé des ambassadeurs au roi d'Égypte, afin qu'il lui donnât des chevaux et de grandes troupes. Celui qui s'est conduit de cette sorte réussira-t-il dans ses desseins, et y trouvera-t-il sa sûreté? après avoir violé les conditions qu'il avoit jurées, échappera-t-il à son sort?

16. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, qu'il sera emmené au pays même de ce prince qui l'avoit établi roi, dont il a rompu l'alliance, en violant le serment qu'il avoit prêté, et qu'il mourra au milieu de Babylone.

17. Et Pharaon ne viendra point avec une grande armée et un grand peuple, combattre contre le roi de Babylone, qui élèvera des terrasses, et qui bâtra des forts, pour tuer un grand nombre d'hommes.

18. Car ce prince, après avoir violé la parole qu'il avoit donnée, et rompu l'alliance qu'il avoit faite, s'est allié à l'Égypte: mais, quoiqu'il ait fait toutes ces choses pour sa sûreté, il ne la trouvera point.

19. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je jure par moi-même que je ferai retomber sur la tête de ce prince le violement de sa parole qu'il a méprisée, et la rupture de l'alliance qu'il avoit faite.

20. J'étendrai mon rete sur lui, et je le prendrai dans mon filet; je l'emmènerai dans Babylone; et je lui prononcerai la son arrêt, à cause de la perfidie dans laquelle il est tombé en me méprisant.

21. Tous les déserteurs qui l'ont suivi, avec toutes ces troupes, tomberont par l'épée: et ceux qui échapperont, seront dispersés de tous côtés; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé.

22. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Mais moi, je prendrai de la moelle du plus grand cèdre, et je la planterai; je couperai du haut de ses branches une greffe tendre, et je la planterai sur une montagne haute et élevée.

23. Je la planterai sur la haute montagne d'Israël; elle poussera un rejeton, portera du fruit, et deviendra un grand cèdre; tous les oiseaux habitent sous ce cèdre: et tout ce qui vole, fera son nid sous l'ombre de ses branches.

24. Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile: et siccavi lignum viride, et frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, et feci.

COMMENTARIUM.

VERS. 5. — AQUILA GRANDIS. Nabuchodonosor magnus Chaldeorum rex, qui et propter celeritatem, et propter rapinam, quam exercebat, aquila vocari solet, ut apud Jerem., cap. 48, 40, et cap. 49, 22. Id explicatur infra vers. 12. MAGNARUM ALARUM. Alas vocat militares copias, ut Jerem. 49, 22: *Ecce quasi aquila ascendit, et volabit, et expandet alas suas super Bosra*; et Jerem. 48: *Extendet alas suas ad Moab*. Etiam Latine in agmine alas dicuntur; LONGO MEMBORUM DUCTU, longis pennis, pennas per metaphoram vocat hastas, aut perniciosissimos equos, quibus Chaldei volare videbantur, Jerem. 4, 15: *Velociiores aquilis equi illius*. PLENA PLUMIS. Opes plumas appellat; varias autem gentes, quas secum in bellum duxit, varietatem; aut milites plumas, diversas nationes varietatem, ut alludat ad plumas aquile, quæ diversicoloris sunt. VENIT AD LIBANUM. Ad Jerusalem, ut explicatur vers. 12. Jerusalem monti Libano vicina erat: et quia de aquila loquebatur, quæ non in urbibus, sed in montibus versari solet, urbem nomine montis appellavit. TULIT MEDULLAM CEDRI. *Tasmeth*, Hieron. medullam vertit, sicut etiam infra vers. 22. Sept. *Lectissimas quasque cedros*. Hebræi, ut R. David in lib. Rad. et Rabbi Salomon in comm. in hunc locum, summum cacumen arboris interpretantur, quemadmodum idem Hieron. aliis locis vertit, ut infra cap. 51, 5, 10. Utrocumque modo vertamus; sensus est idem. Nam per medullam et cacumen cedri Joachin, et principes intelligit, qui quasi medulla, aut cacumen populi erant.

VERS. 4. — SUMMITATEM FRONDIIUM EJUS, caput plantationum ejus, aut ramorum ejus, ut Chaldeus vertit, id est, proceriores stiones ejus: alludit enim ad arbores et stiones, qui ex uno loco in alterum transplantantur. IN TERRAM CHANAAN. Chanaan hoc loco non debet esse nomen proprium, sed appellativum, quod negotiationem significat, ut statim exponit, IN TERRE NEGOTIATOREM, id est, in Babylone, quæ negotiatoribus magnopere abundabat. Nam et terra Chanaan à negotiatione nomen acceperat.

VERS. 5. — ET TULIT DE SEMINE TERRE. Postquam stiones transplantavit, id est, Jechoniam, et principes ejus Babylonem transtulit, accepit ex semine cedrorum terræ Judæ, et seminavit in terrâ Judæ, id est, Sedeciam, qui ex regio Judæorum semine erat, patrus nimirum Jechoniz regem constituit, et in Jerusalem misit; 4 Reg. 24, 17. IN TERRA PRO SEMINE. Hebr., in terrâ seminis, id est, fertili, sativâ, aptâ sementi faciendâ. Hoc sensu Septuag. vertierunt, atque ita Hebræi et Chaldeus paraphrastes interpretantur. Tertiam aptam seminî vocat Judæam, quod fertilitas esset. UT FIRMARET RADICEM. Hebr.: *Accipit iuxta aquas multas*, id est, accipit, ut seminaret illud

24. Et tous les arbres de cette terre sauront que c'est moi qui suis le Seigneur qui ai humilié le grand arbre, et qui ai élevé l'arbre bas et faible; qui ai séché l'arbre vert, et qui ai fait reverdir l'arbre sec. C'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé et qui ai fait ce que j'avois dit.

juxta aquas multas, ut Chaldeus vertit. IN SUPERFICIE, aquarum, juxta ipsas aquas, Hebr., *sicut salicem possit illud*. Solent enim salices juxta aquas plantari. *Tsaphtsaphah*. R. David, et R. Salomon salicem significare dicunt. Jonathas vertit vitem, quia versu sequenti dicitur, *crevit in vineam*. Sensus ergo ex utroque nomine colligitur. Plantavit (vitem) juxta aquas multas, sicut salicem. Mutavit metaphoram. Nam prius Jechoniam, et principes ejus ramos cedri vocaverat, nunc Sedeciam vitem vocat: quâ metaphoram mutatione, regnum quoque mutatum esse indicat, et ex cedro, quæ altissima est arbor, humilem vitem factam fuisse.

VERS. 6. — CREVIT IN VINIAM LATIOREM, luxuriantem. Significat regnum Sedecie initio floruisse antequam adversus regem Babylonis rebellaret. Septuag. contrario sensu vertierunt: *Facta est in vitem infirmam*. HUMILI STATURA, quasi dicat, non crevit regnum Sedecie in altum, quia sub rege Babylonis erat, illicque tributa pendebat, sed crevit in latum, quia quiddam ante occupabat, postea etiam occupavit. RESPICIENTIBUS RAMIS EJUS AD EAM. Hebræi interpretantur, respicientibus ramis ejus ad aquilam, id est, ad Nabuchodonosorem quasi dicat, propterea rami ejus in sublime crescere non poterunt, quia sub Nabuchodonosore erant, sicut parvæ arbores, quæ sub magnis plantatæ sunt, in altum surgere non possunt. Mihi paulo durius videtur, ut pronomen *eam*, ad aquilam referatur, quæ longè antè relicta est. Itaque ad vitem referendum puto, esseque elegantem metaphoram sumptam ex arboribus, quæ sub tecto, aut aliquo alio impedimento satæ sunt, quarum rami, cum in altum tendere non possunt, recurvantur, et in ipsam arborem respiciunt. ET RADICES EJUS SUB ILLA ERANT. Hoc etiam Hebræi ad Nabuchodonosorem, ego ad vitem refero, quasi dicat, non fuerunt excisæ radices ejus, sed sub eâ adhuc manebant; idè in latum propagatur. Radicem vocat regem Sedeciam, palmites ejus filios, qui quotidie multiplicabantur, donec à Nabuchodonosore trucidati sunt; 4 Reg. 5, 7, et Jerem. 52, 10.

VERS. 7. — AQUILA ALTERA. Rex Ægypti qui magnus quidem erat: sed minor quam rex Babylonis. MITTENS RADICES SUAS AD EAM. Radices vocat legatos, quos Sedecias misit ad regem Ægypti, ut ab eo auxilium peteret, Jerem. 2, 18, et infra, v. 15. Alludit autem tacitè quidam methaphorâ ad arbores, quæ in eam partem radices et ramos mittunt, ubi aquam esse sentiunt. Sic enim Sedecias in Ægyptum legatos misit, quæ totâ Nili aquis irrigabatur. Hoc est, quod dicit, UT IRRIGARET (Ægyptus) EAM, vineam, DE AREOLIS GERMINIS SUI, id est, ut ex suis sativâ, quæ irrigationis causâ in aeras distincta erant, aliquid ex aquis,

quo illi abundabant, ad se derivaret. Aquæ autem sunt milites. Eadem allusione Jeremias usus est c. 2, 18 : *Et nunc quod tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam?* Aqua enim Nili turbida erat, unde Hebr., *obscurus* appellatus est.

VERS. 8. — *QUE IN TERRA BONA.* Omnes hoc de vite, hoc est, de Sedecia interpretantur, qui in Judæa erat fertilissimo solo, ut dixit v. 5 : *Et tulit de semine terræ, et posuit illud in terrâ seminis, ut firmaret radicem super aquas multas.* Quomodo ergo peti, aquas ex Ægypto? Quia nomen aquæ ambiguitur sumit. Cum dicit plantatum esse super aquas multas, aquas proprie sumit, solumque Judaicâ fertilitatem significat : cum autem ab Ægyptiis aquas peti, aquas milites auxillares appellat, quasi dicat Sedecias se regnum habere optimo loco, ut amplificari, florescere possit, tantum sibi milites deesse.

VERS. 9. — *EREGNE PROSPERABITUR?* Recte noster interpres Hieronymus, et particulam illativam, et interrogationem reddidit, quæ Hebraicæ non est. Necessario enim intelligi debet, ut etiam R. David admonuit. NONNE RADICES EJUS EVELET? prior aquila, id est, nomen Nabuchodonosor revellet Sedeciam à regno, in quo eum tanquam vitem plantaverat, et Babyloniæ captivum ducet? *FRACTUS EJUS DISTRICT.* Omnes ejus opes diripiunt. Et *SICCABIT, arefaciet, OMNES PALMITES.* Occident omnes filios ejus, 4 Regum 25, 7, et Jerem. 52, 10. ET NON IN BRACHIO GRANDI, non magnâ potentia. Hæc verba nonnulli ad regem Ægypti referunt, ut R. Salomon, id est, rex Ægypti non veniet cum magnâ potentia, ut Sedeciam jurare possit. Quod cum historia non convenit, Nam apud Jerem., cap. 37, 4, legitur Babyloniæ ad regis Ægypti adventum Jerosolymitanam obsidionem solvisse. Alii referunt ad ipsum Sedeciam, ut R. David : quasi dicat, non poterit se Sedecias cum magnâ potentia populoque liberare. Sed verus sensus infra declaratur v. 17. Non poterit rex Ægypti, quamvis cum magnâ potentia et exercitu veniat Sedeciam liberare.

VERS. 10. — *ECCE PLANTATA EST.* Hebraismus, pro, an prosperabitur, quamvis bene nunc plantata sit? *VENTUS URENS.* Hebr., *ventus orientalis*, sic vocat regem Babyloniæ, quia, ut ait R. David, Babyloniæ Israel ad orientem septentrionalem sita erat, unde fit ut rex Babyloniæ aliquando aequivo, aliquando ventus orientalis appellaretur. Et *IN AREIS GERMINIS SUO, in eodem loco quo crevit, in ipsa Judæa.* Nam Sedecias, et ejus principes in Jerichontinis campis capti sunt, 4 Regum 25, 5, et Jerem. 52, 7, 8.

VERS. 12. — *AD DOMUM EXASPERANTEM, ad domum rebellem, ut supra, cap. 2, vers. 5, 6, 8, et cap. 3, vers. 9, 16, 27, et cap. 12, v. 2, 5, 9, 25.* Incipit ænigma declarare. *ASSUMET REGEM, Jechoniam, 4 Regum 24, 15.* Hæc est explicatio superioris versûs tertii et quarti.

VERS. 13. — *ET TOLLET DE SEMINE REGIO SEDECIAM* qui ex regio sanguine erat; explicat quod dixerat vers. 5 : *Ferietque cum eo fœdus, ut regnet, sed sibi sit vectigalis.* Quod quamvis in libris Regum non

scribatur, tamen colligitur ex hoc loco. Sed *ET FORTES TERRÆ TOLLET, principes multos apud se retinebit, Joachim scilicet, et ejus filios, ut vires regni debilitaret.* Hoc est quod sequitur.

VERS. 14. — *UT SIT REGNUM HUMILE.* Exponit versum 6 : *Humili staturâ, respicientibus ramis ejus ad cam.*

VERS. 17. — *FACIET CONTRA EUM, contra regem Babyloniæ; ut non solum noster interpres, sed etiam Chaldeus interpretatur.* Quamquam alii verba Hebraica aliter exponant, *וְיָסֵד, faciet illum, id est, opem ferat illi, juvabit illum.* Rabbi David putat pronomen Hebræorum more redundare, quasi dicat, non congregabit rex Pharaon magnum exercitum. *IN JACTU AGGERIS.* Cum jecerit (Nabuchodonosor) aggerem, nihil poterit Pharaon Sedeciam adjuvare. Exponit hoc versu, quod versu 9 obscurius dixerat.

VERS. 18. — *ET DEDIT MANUM SEAM.* Pharaoni, ut Chaldeus vertit, id est, cum violasset fœdus quod interposito jurejurando cum rege Babyloniæ inierat, aliud fœdus cum ejus hoste Pharaone percussit. Alii interpretantur : *Dedit manum, id est, fidem Nabuchodonosori, quod mihi minus placet.*

VERS. 19. — *JURAMENTUM.* Hebraicæ est, *juramentum meum et fœdus meum, sicut Septuag. transtulerunt.* Vocat autem Deus juramentum et fœdus suum, non quod cum illo pactum esset; sed quod ejus interposito nomine initum fuerat. *PONAM IN CAPITE EJUS.* Sumam de illo penas ob violatum juramentum. Idem Hebraismus sup. cap. 9, 10, et cap. 11, 21, et cap. 16, 43.

VERS. 20. — *EXPANDAM.* Rete suum vocat Deus Chaldeorum exercitum, ut sup., cap. 12, 15, et inf., cap. 52, 5. *IN PRÆVARICATIONE.* Heb., *propter prævaricationem.* Dicit Deus Sedeciam non solum in regem Babyloniæ, sed etiam in se prævaricatum, quia juramentum per nomen Dei factum violavit.

VERS. 22. — *ET SEMAN EGO.* Pronomen ego emphatice positum est. Opponit enim se Deus Nabuchodonosori, qui de cacumine cedri sumpserat ut regnum Juda plantaret, ut vers. 5 dictum est; sed non bene successit : Deus idem se facturum dicit, benèque successfulurum. Sumet enim de medulla, de summo cacumine cedri, sicut v. 3, id est, ex nobilissimo Jndæorum sanguine, ex genere regio Davidis, decerpit, inquam, ex eo tenerum stolonem, id est, Christum, plantabit que cum SUPER MONTEM EXCELSUM, hoc est, regem constituet super *Sion montem sanctum ejus, Psalm. 2, 6.* *Et regni ejus non erit finis, sicut fuit Sedecia, quod Nabuchodonosor plantaverat.* Luca cap. 1, 53. Hebraei hunc locum de Zorobabel interpretantur, sed non possunt que hic dicuntur in illum convenire : nam nec rex fuit, nec ejus dominatio perpetua.

VERS. 23. — *IN MONTE SUBLIMI ISRAEL.* In monte Sion, id est, in Ecclesia, Psal. 2, 6 : *ET ERIT IN CEDRUM MAGNAM.* Erit magnus rex. Cedrus enim inter arbores regnum tenet. *OMNES VOLUCRES.* Omnes reges, aut, omnes gentes ad Ecclesiam venient. Describitur regnum Christi eadem metaphorâ, quæ regnum

Nabuchodonosoris apud Daniele, cap. 4, 17, 18, 19. *INDIFICABIT.* Hebr., *habitabit.* Septuag., *requiescet.*

VERS. 24. — *ET SCIENT OMNIA LIGNA REGIONIS.* Omnia ligna agri, id est, omnes gentes etiam barbaræ, non solum Judæi ac domestici, qui quasi hortenses arbores sunt. *HUMILIABIT LIGNUM SUBLIME.* Sedeciam, qui se violato jurejurando nimium extulerat et rebellionem fecerat. *ET EXALTAVI LIGNUM HUMILE, Christum, ex imâ radice Jesse, que adeo latebat humilis sub terrâ,*

CAPUT XVIII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :
2. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terrâ Israel, dicentes : Patres conederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obtusescunt?
3. Vigo ego, dicit Dominus Deus, si erit ultra vobis parabola hæc in proverbium in Israel.
4. Ecce omnes anime, meæ sunt ; ut anima patris, ita et anima filii mea est : anima quæ peccaverit, ipsa morietur.
5. Et vir si fuerit justus, et fecerit judicium et justitiam
6. In montibus non comederit, et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel : et uxorem proximi sui non violaverit, et ad mulierem menstruatam non accesserit :
7. Et hominem non contristaverit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit : panem suum esurient dederit, et nudum operuerit vestimento :
8. Ad usuram non commodaverit, et amplius non accepit : ab iniquitate avertit manum suam, et judicium verum fecerit inter virum et virum :
9. In præceptis meis ambulaverit, et judicia mea custodierit ut faciat veritatem : hic justus est, vitâ vivet, ait Dominus Deus.
10. Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, et fecerit unum de istis,
11. Et hæc quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, et uxorem proximi sui pollutentem :
12. Egenum et pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, et ad idola levantem oculos suos, abominationem facientem :
13. Ad usuram dantem, et amplius accipientem : numquid vivet? non vivet cum universa hæc detestanda fecerit, morte morietur : sanguis ejus in ipso erit.
14. Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, et non fecerit simile eis :
15. Super montes non comederit, et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel, et uxorem proximi sui non violaverit :
16. Et virum non contristaverit, pignus non retinuerit, et rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit vestimento :
17. A pauperis injuriâ avertit manum suam, usuram et superabundantiam non accepit. judicium meum fecerit, in præceptis meis ambulaverit : hic

ut excisa esse videretur. Hoc enim est : *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet.* Isal. cap. 11, vers. 1. *ET SICAVI LIGNUM VIRIDE;* Sedeciam et regnum ejus, quod foret videbatur. *ET FRONDERE FECI LIGNUM ARIDUM,* regnum Davidis in Christo, quod quasi arbor exaruisse videbatur; sed manebat absque occulta radice Jesse. *ET FECI;* præteritum Hebraicum pro futuro, id est, sicut dixi, ita faciam.

CHAPITRE XVIII.

1. Le Seigneur me parla de nouveau, et me dit :
2. D'où vient que vous servez parmi vous de cette parabole, et que vous l'avez tournée en proverbe dans Israël, disant : Les pères ont mangé les raisins verts, et les dents des enfants en ont été agacées?
3. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que cette parabole ne passera plus parmi vous en proverbe dans Israël!
4. Car toutes les âmes sont à moi; l'âme du fils est à moi, comme l'âme du père; l'âme qui a péché, mourra elle-même.
5. Si un homme est juste, s'il agit selon l'équité et la justice,
6. S'il ne mange point de viandes immolées sur les montagnes, et s'il ne lève point les yeux vers les idoles de la maison d'Israël; s'il ne souille point la femme de son prochain; s'il ne s'approche point de sa propre femme, lorsqu'elle a son incommodité naturelle;
7. S'il n'attriste personne, s'il rend à son débiteur le gage qu'il lui avait donné, s'il ne prend rien de bien d'autrui par violence; s'il donne de son pain à celui qui a faim, s'il couvre de vêtements ceux qui étaient nus;
8. S'il ne prête point à usure, et ne reçoit point plus qu'il n'a donné; s'il détourne sa main de l'iniquité, et s'il rend un jugement équitable entre un homme et un homme;
9. S'il marche selon mes préceptes, et garde mes ordonnances, pour agir selon la vérité; celui-là est juste, et il vivra très-certainement, dit le Seigneur Dieu.
10. Si cet homme a un fils qui soit un voleur, et qui répande le sang, et qui commette quelque une de ces fautes,
11. Quand même il ne les commettrait pas toutes; qui mange sur les montagnes; qui souille la femme de son prochain;
12. Qui attriste le faible et le pauvre, qui prenne par violence le bien d'autrui, qui ne rend point le gage à son débiteur, qui lève les yeux vers les idoles, qui commette des abominations;
13. Qui prête à usure, et amplius accipientem : numquid vivet? non vivet cum universa hæc detestanda fecerit, morte morietur : sanguis ejus in ipso erit.
14. Que si cet homme a un fils qui, voyant tous les crimes que son père avait commis, en soit saisi de crainte, et se garde bien de l'imiter;
15. Qui ne mange point sur les montagnes, et qui ne lève point les yeux vers les idoles de la maison d'Israël : qui ne souille point la femme de son prochain;
16. Qui n'attriste personne, qui ne revienne point le gage à son débiteur, qui ne prenne point par violence le bien d'autrui; qui donne de son pain au pauvre, qui habille celui qui était nu;
17. Qui détourne sa main de toute injustice à l'égard du pauvre, qui ne prête point à usure, et ne reçoit rien au-delà de ce qu'il a prêté; qui observe mes ordonnances, et qui marche selon mes préceptes,